

QUAESTIONES  
DE NON CATHOLICIS INVITANDIS AD  
CONCILIUM OECUMENICUM VATICANUM II.

Attentissime legi quaestiones de non catholicis invitandis ad Concilium Oecumenicum Vaticanum II,-

Quaestiones, absque dubio accuratissime ab Em.mo Relatore exponuntur, explicantur et enucleantur.- Sed, uti optime ait Excellentissimus ac Reverendissimus Secretarius Generalis Concilii in Litteris quibus Consiliarii rogantur depromere votum suum: " La natura dell'argomento consiglia un attento esame ed uno studio approfondito, per la preparazione della relativa posizione".

Nunc vero, mea humillima positio in hac gravissima et delicatissima quaestione in genere, et in particolari, fere in omnibus rebus, est communis cum votis Excellentissimorum Consiliariorum quoad diversas partes et quoad diversas ac sapientissimas distinctiones et observationes quae in concreto in his votis continentur, id est, circa problema an, quomodo, et quo titulo invitandi sunt non catholici ad Concilium Vaticanum II uti observatores, quaestio absolute nova est ut ait Em.mus Cardinalis Relator.

Certe in votis Excellentissimorum Consiliariorum sunt quaedam discrepantiae; sed, ni fallor, maiori studio componi possunt; ita accidit, v.c, in eo quod iustissime advertit Excellentissimus Dominus Samoré: " Sia nell'invito generale che in quello personale, sarei del parere di evitare la parola " osservatori", avendo ormai essa assunto un significato ben preciso, con diritti cioè e doveri, nelle conferenze o convegni internazionali".-

Quod verissimum est quia, ut omnes scimus Concilium est factum internum Ecclesiae.- Et hac eademque causa sapientissime dicitur in Relatione: "Veluti generalis regula huius negotii haec est: disputationes vel negotiationes vel pactiones cum non catholicis nullatenus ineundae sunt, sed tantummodo exploranda est mens eorum ac dispositio circa res maioris momenti, quae relationes Ecclesiae ad christianos separatos implicant".-

Ut etiam sapienter ait Excellentissimum  
Dominus Samoré: "potrebbe essere rivolto un invito generale  
e generico ai non cattolici perchè seguano, se lo vogliono,  
i lavori del Vaticano II. Il quale pur essendo un avveni-  
mento interno della Chiesa Cattolica, tende anche allo  
scopo di mettere nuovamente in luce, per tutti gli  
uomini di buona volontà, la missione della Chiesa, sempre  
rispondente alle esigenze della società moderna".

Uno verbo, mihi, positis ponendis, PLACET IUXTA  
MODUM votorum Excellentissimorum Consiliariorum et  
praesertim iuxta conclusiones Em.mi Cardinalis Bea  
et observationes Em.mi Cardinalis Cicognani.

Nihil amplius.

Romae, 7 - XI - 61.

*Alphredus Tristia Saultay  
Archij Frorum Stmo  
Constitutus.*